17 Juli 1563.

Rndi atq[ue] eximij Dni, Maiores & Confres honorandi.
Salutem & fraternum studium

Reversus ex Schebürgk accepi lras V. Dni Samsonis, qui-
bus mihi insinuabatur reditus Dnorum Visitatorum
ad Ecclam, monebarq[ue] ut ipsos subsequerer, quod dum
paro, venit silvanus ex districtu Resell, quem eo mi-
seram ut silvas observaret, simul etiam videret
quorsum ea ferarum copia quae in Epatu fuisse dice-
batur, concessisset. Retulit is ad me Wantkonium
venatu esse in silvis Illmi Cardinalis nri, cepisseq[ue]
cervum unum & hinnulum, passimq[ue] ipsius iussu va-
gari Strigenses in silvis nris, cineremq[ue] conficere, in
cereq[ue] lastas aliquot conflati cineris iuxta pagum Strigen
ubi etiam furnum erexisse dixit, Bona, dicta Klein
Ottern ipsum sibi vendicare, futurumq[ue] ut foenicidio
illic & mellificio pociatur, nisi mature subveniendum fore
Burggrabium ulterius cum homine pervicaci conte-
ndere nolle. Haec cum mihi viderentur maximi
momenti, & non temere ad informationem unius hois
credenda, faciendum mihi duxi ut in loca illa, ubi
venatus dicebatur, & ubi cinis etiamnum est, priusq[uam]
auferatur, proficisci, & ibi omnia lustrare, ut tanto
solidiorem informationem ad D. V. referre possim.
Quare ignoscent illae, si paucolos dies abfuero, q[ui]a
primum enim ea omnia lustravero, accurram. Scripsi
antea Burggrabio, ut huc ad me veniret, informa-
ndi causa, quomodo caedes equitis abigei patrata sit,
sed brevissimis verbis respondit, promittens suum
adventum, quem in hanc usq[ue] horam distulit. Itaq[ue]
necessarium est, ut hominem commoriam priusq[uam]
ad Rdas D. V. propero. Martinus Silesius miror
quare tam diu Caunae moretur. Caetera coram.
Spero omnino me ad proximam feriam sextam
Warmiae esse posse, modo equi hoc ipsum tolera-
re poterunt. Deus Rdas D. V. conservet. Dat
Heilsbergae XVII Julij. Anno etc. LXIII

F. Mathias a
Knobelsdorff

96

Rndis atq; eximijs Dnis Prae
latis & Canonicis Caplo
Warmien Dnis Amicis Maioribus
& Confratribus honorandis

18 Jul 1563

96v